DET KGL. BIBLIOTEK

Io. Gigas
De vidua Sareptana
1591

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

1-93-4°
DA BOY
LN 656
ex. 1
M
kpl. ex.
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
1954

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

1954 Q 201

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

HISTORIA:
DE VIDVA SAREP- TANA HOSPITIO EXCIPIENTE

Heliam Prophetam, 3. Regum 17. Carmine Heroico deſcripta, & conſecrata

NOBILI ET GENEROSO HEROI, GEORGIO ROSENCRANTZ, Domino in Roſenholm, &c. Inclyti Regni Daniæ Conſiliario & IV viro proregi, muſarum patrono integerrimo.

AVTORE IOANNE GIGANTE, Ioachimico, Poëta Laureato & Theologo.

HAFNIÆ
Impreſſit Iohannes Stockelmannus.
1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

HISTORIA, AD NOBILEM ET GENEROSVM Dn̄: Georgium Roſencrantz, &c.

NObilis auditor CHRISTI, ſanctiq; LVTHERI
Salue, Heros præſtans, celebri virtute GEORGI,
Nomen habens equitis belli, roſeæq; coronæ:
Salue, Danorum Regis cor, lumen amænum,
Totius Imperij, charitumq; patrone fidelis:
Salue, percipiens, cupiat quid Muſa miniſtri
Pauperis? & tenuem venam non ſperne Gigantis:
Aſpice, quàm placido vultu collata benignè
In vates ſacros, vatumq; oracla profeſſos
Reſpiciat merita, & rurſus compenſet abundè
Æternus genitor, cûi ſedula cura piorum.
Aſpice fœmineam pietatem, & reddita eidem
Præmia, Theſbiten prompto ſpontanea vatem
Dùm fouet hoſpitio, victumq; impertit amicè.
Hunc celerare fugam atq; inuiſa excedere terra,
Iuſſerat ætherei magnus dominator olympi,
Auxiliumq; viæ & victum promiſerat idem,
Signâratq; locum torrentia flumina Carith,
Quo ſe proriperet, iuſſumq; lateret ad amnem,
Ipſa nec euentu vero promiſſa carebant

Reddita,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Reddita, namq́; hominum longè ſemotus ab vſu,
Horrida cùm latitans coleret deſerta Prophetes,
Senſit in obſequium rigidos miteſcere coruos,
Quæq́; ſuæ prius in nitido quàm corpore plumas
Acquirant matri ſimiles, alimenta volucres
Parua negant ſoboli, crudis veſcuntur & extis,
Impia corda DEO ponunt mandante, ſacroq́;
Fatidico panes & edulia grata ferebant
De torrente, DEI iuxta mandata bibenti.
Verùm vbi iam cœlo multis ſitibunda diebus,
Terra rigaretur nullis pluuialibus vndis,
Torrentis rapidi tunc defecere liquores,
Vnde ſitim ſolitus fuerat reſtinguere vates.
Quottidieq́; magis Iudæis creuit in oris,
Dira fames, & multarum penuria rerum,
Quas tellus profert, faciebat inania frugum,
Horrea longa dies, nec aratis credita ſulcis,
Semina cum parili reddebant fœnore meſſem,
Culta nec aſsiduo parebant arua colono.
Non herbis florebat humus, flaccebat in agris
Continuò, ſi quæ protruſerat herba cacumen,
Non gramen, non ceſpes erat: creſcentibus humor,
Deêrat enim rebus, vindex cùm numinis ira,
Offenſi nullum cœlo demitteret imbrem,
Arua rigaturum pluuijs: ſic omnia latè,
Heu triſtis facies ſqualore tegebat inerti.

Ergò DEVS plures opera nutriret vt vnâ,
Conſilia in melius referens prius edita, vatem
Eximia pietate nouas ablegat in oras.
Vrbs antiqua fuit claræ Sidonis in aruis
Iudæam tangens, quondàm dixêre Sarephtam,
Diues opum, & varij ſpecie pretioſa metalli,
Turbine vbi piceo & nebula candente camini,
Sudantes flammis crepitantibus æra coquebant
Feruida, dùm magno validas ventoſus hiatu,
Follis inextincti vires exſuſcitat ignis,
Huc monſtrante viam Domino ſublimia vates
Inſignis properos greſſus ad mœnia tendens
Accelerabat iter, ſicco torrente relicto.
Iam propè contigerat patulæ munimina portæ
Ardua, cùm ſeſe mœſto tulit obuia greſſu,
Internum mulier vultu confeſſa dolorem,
Signaq́; fronte gerens afflictæ conſcia mentis.
Hanc prior excipiens dictis affatur amicis,
Atq́; ſibi gelidos latices ex fonte propinquo,
Ora refecturo gratis arentia lymphis
Ferri vaſe rogat. Morem geſtura petenti
Illa domum properat, cùi ponè acclamat eunti
Theſbites vates: Quantum vel ſufficit vni
Buccellæ, toſtæ quoq́; fer mihi quæſo farinæ.
Subſtitit ad vocem & relegens veſtigia retrò,
Ore refert querulo non auerſata petentem:

O tibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

O tibi qui noſtro doliturus es ipſe dolore
Si referam, quæ me miſeram fortuna fatigat,
Longa fames, rigidiq; mihi inclementia cœli,
Omne penu exhauſit, viuentia Numina teſtor.
Quanta poteſt arcto comprênſa farinula pugno
Præberi, reſtat mihi ſola oleiq; liquoris
Lecythus ampla tenet tantundem: Hæc deniq; ligna,
(Fiſſile monſtrabat lignum quod legerat ante)
Geſto domum, charo quibus vltima fercula nato
Ipſa mihiq; parem, nec ſpes ſuper vlla ſalutis,
Quin moriar, mecum moriatur & vnica proles.
Sic ait, ingentem gemitum dans pectore ab imo.
Hûic contra vates blando ſermone profatur:
Parce metu, & vadens quod dixti, perfice verbum,
Sed mihi, quod ſupereſt, primum de farre parato
Exiguum viuis toſtum carbonibus ignis,
Hucq; affer panem, quo me recreemq; cibemq;,
Deînde tibi, gnatoq; tuo non vltima charo
Fercula conficies ſtomachum paſcentia, namq;
Lecythus illa oleo, nec deſperata farina
Hydria deficiet, viuentia Numina teſtor,
Irriguus donec mittatur ab æthere nymbus,
Veraci DOMINVS Deus eſt ſic ore locutus.
Paruit hæc, ſtabilemq; ſibi ſperare ſalutem
Cæpit, & afflictis melius confidere rebus,
Sola Dei verbis perſuaſa, nihilq; morata,

Diuinum curat, recipitq́; in tecta Prophetam,
Languentemq́; fame paſcit releuatq́; moleſtâ,
Quodq́; prius cœnam non ſufficiebat in vnam
Binis, id Domini dextra curante benignè,
Sufficit in plures cunctis, & tempore longo
Durat, namq́; hydriæ non eſt exhauſta farina,
Nec liquor eſt olei terreno in vaſe minutus.
Vſq; adeò tenui quæ dedignata Prophetam,
Non fuerat menſa, diuinitus ampla reportat
Præmia, & exhibiti menſura diuite rurſus,
Omnipotens Dominus meriti pia facta rependit.
Felix, ô nimiùm felix, charusq́; IEHOVÆ,
Non faſtiditus cui talis venerit hoſpes,
Ipſe DEVS pro quo, ne fiat aſymbolus hoſpes,
Frugalem multo compenſat fœnore menſam,
Cunctaq́; retribuit merita & benefacta locanti:
Ceu tibi retribuit tua munera, tu quibus ornas,
Oppreſſos vates, larga bonitate GEORGI,
Nobilis auditor CHRISTI ſanctiq́; LVTHERI.
Nam te ſtemma potens, laudesq́; extendere auitas,
Et propria virtute magis, quàm ſanguine niti
Conſtat, & egregijs nomen ſuſtollere factis.
Salue igitur vir magne, tuæ laus maxima gentis,
Perpetuùm ſalue, patriæ lux inclyta terræ.
Dùmq́; hodie turpis ſibi vendicat omnia luxus,
Contemtæq́; iacent omni ſine honore camænæ:

Aſſere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Aſſere Palladias, releuaq́ fideliter artes,
Quarum ſubſidio celebres ingreſſus honores,
Cum gnato eximio, roſeæ & ~~cum~~ flore coronæ,
Egregiè tractas magnarum pondera rerum.
Salue inquam ſobolis præclaræ tu Pater alte,
Æternisq́ bonis vigeas, & laude perenni.

Sequitur

PRECATIO PRO DEFENSIONE
Magiſtratus & ſubditorum Haffniæ.

ADes Pater mitiſſime,
Et Principes pijſſimos,
Aulam, Scholamq́, & curiam
Tuêre, & hanc Eccleſiam.
Ades benigne IESVLE,
Vrbem, ſenatum protege,
Tuo coronans Numine,
Et largitatis flumine.
Ades ſacer Flatus, Dei
Nos ſurculos fac Filij,
Fundata ſit mens vt fide,
In eius almo ſanguine.
Ades beata Trinitas,
Nos feſta iungat charitas,

Sit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Sit patriæ pax finibus,
Conuerſio, aut mors hoſtibus.
Da ſanitate perfrui,
Vitam beatam conſequi,
Grates canemus perpetim
Patri, Logoq́ & Flamini.

EPIGRAMMA AD NOBILEM Studioſum Roſtochij, Domini Georgij Roſencrantzij filium chariſsimum.

QVi ſequeris CHRIſtum, chari & veſtigia patris,
Te meritò roſeo flore corona beat.
En, vulgare nihil tenero promittis ab æuo,
Dùm ſuperas ſtudio cuncta domante, ſenes.
Tu modò perge, ſacriſq́ polo te laudibus infer,
Nil magis en ortum nobilitate decet.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 656 4° copy 1